Fidelowicz Martini: Quaestio logica de relatione.

✠

JN NOMINE DOMINI, AMEN.

QVÆSTIO LOGICA, DE RELATIONE,

Ex Libro Categoriarum Aristotelis

DESUMPTA;

& SUB FELICISSIMIS AUSPICIIS,

Magnifici, Perillustris, & Reverendissimi Domini,

D. M. MATHIÆ PSOIECKI,

S. Theol: & V. J. Doctoris & Professoris, Protonotarij Apostolici, Collegæ Majoris, Ecclesiarum Collegiatarum, SS. Omnium PRÆPOSITI, S. FLORIANI ad Cracov: & Opatoviensis DECANI, SCHOLASTICI Curzeloviensis, CANCELLARII Posnaniensis, CVRATI in Osiek, Contubernij Iagelloniani PROVISORIS, S. R. M. SECRETARII,

Studij Almæ Vniversitatis Cracoviensis, GENERALIS, ac VIGILANTISSIMI RECTORIS.

A

M. MARTINO FIDETOWICZ,

Philosophiæ Doctore & Professore, Contubernij Hierosolymitani Seniore,

PRO LOCO,

Jn Collegio Minori obtinendo,

In Peraugusto DD. Theologorum Lectorio,

Publicè ad Disputandum,

PROPOSITA.

Anno Domini, 1700. Die 20. Mensis Martij.

CRACOVIÆ, TYPIS UNIVERSITATIS.

QVÆSTIO LOGICA.

V Relatio Prædicamentalis, quæ datur à parte rei: distincta à suo fundamento; ad absolutum vel respectivum terminata: Vnitatem Specificam ex fundamento & termino formaliter sumptis; Numericam ex distinctione subjecti, desumat, nec ne?

CONCLVSIO I.

Datur à parte rei Relatio Prædicamentalis.

COROLLARIA.

I. *Prædicamentum Relationis est distinctum ab alijs Prædicamentis.*

II. *Ratio Constitutiva Relationis Prædicamentalis consistit in esse* In, *cum, esse* Ad; *realiter; seu inhærere per modum formæ respectivæ realis ad alterum.*

III. *In Relatione Prædicamentali, tam esse* In, *quàm esse* Ad, *est reale.*

IV. *Relatio Prædicamentalis optimè definita est ab Aristotele: Relativa sunt, de quorum ratione formali est, vt respiciant aliud.*

V. *Licèt Relatio Rationis sit vera Relatio; tamen non est huius Prædicamenti.*

CONCLUSIO II.

Relatio Prædicamentalis est distincta à suo fundamento.

COROLLARIA.

I. *Licèt Relatio multifariam, optimè tamen in Mutuam, & non Mutuam dividitur.*

II. *Non subsistit Opinio Nominalium, solâ ratione Relationem à suo fundamento distingui asserentium.*

III. *Quamvis probabile sit Relationem à fundamento proximo distingvi, vt rem à re; tamen multò probabiliùs illam distingui vt realitatem, seu modum à re.*

IV. *Relatio Transcendentalis non distinguitur à fundamento.*

V. *Relationis distinctio non est tantùm Modalis & Entitativa, ex parte essentiæ; sed distinguitur vt duæ res habentes diversas existentias.*

CONCLUSIO III.

Omnis Relatio Prædicamentalis Mutua, terminatur formaliter ad Terminum Relativum, & non Mutua ad absolutum.

COROLLARIA.

I. *Licèt in Relativis non Mutuis, vnum extremum terminet Relationem sub ratione absoluta; non potest tamen intelligi habere rationem Termini; nisi intelligatur sub ratione Relativa s: opposita Relationi.*

II. *Terminus Formalis in Relationibus Mutuis non est ipsa Relatio Mutua, sed opposita.*

III. *Tria sunt Genera Relationum, Unitas & Numerus, Actio & Passio, Mensura & Mensurabile.*

IV. *Licèt Relata tertij Ordinis, non sunt ejusdem ordinis, bene tamen primi, quæ habent fundamentum eiusdem Categoriæ.*

V. *Probabiliùs est, quòd in Relativis tertij Ordinis, non detur Terminus Formalis Correlativus, sed solùm fundamentaliter proximè.*

CONCLUSIO IV.

Relatio desumit vnitatem Specificam, tam ex Fundamento, quàm ex Termino Formaliter sumptis; Numericam, ex vnitate Numerica Subjecti, cui inhæret.

COROLLARIA.

I. *Diversitas Specifica Relationis, desumitur ex diversitate vel Fundamenti, vel Termini; ita vt variato alterutro, varietur Relatio.*

II. *Relatio habet vnitatem Genericam ex modo, quo Specialiter afficit Substantiam; s: referendo illam ad Terminum.*

III. *Relatio Specificatur initiativè ex fundamento; terminativè ex Terminis Formalibus.*

IV. *Multiplicatis Terminis ejusdem Speciei, Relationes in eodem Subiecto non multiplicantur.*

V. *Filius vnâ Relatione refertur ad Patrem & Matrem, tanquam ad vnum Terminum totalem.*

Sunto Relata Tibi DEUS hæc contexta laboris:
Sint DEIPARA Tibi, CANTIO & altus Honor.



SCEPTRA gerens MATER Regni Sapiētis Alumna est:
Sceptriger ergo Suus, gemmea secla trahat.